chis, vt dictũ eſt apparens ⁊ verum eſt, ⁊ aliud eſt ſophiſticum, ⁊ aliud ſcientificum.

¶ Qm̃ autẽ quibuſdam magis operepciũ eſt videri eſſe ſapiẽtes, ꝙ̃ eſſe, ⁊ non videri. (Eſt enĩ ſophiſtica apparens ſapientia / nõ exiſtẽs autem, ⁊ ſophiſta pecunioſus ab apparente ſapientia, ⁊ non ab exiſtente) manifeſtuꝫ, qm̃ neceſſariũ illis etiã eſt magis videri facere ſapientis opus ꝙ̃ facere, ⁊ non videri.

¶ Cum dixerit ꝙ per hanc cauſaꝫ ⁊ alias fit deceptio ſophiſtica, ꝓponit dicere etiã per quã cauſam exerceri cępit ⁊ ſummo ſtudio habita eſt. Dicit igitur ꝙ quidaꝫ videri volentes magis eſſe ſapiẽtes ꝙ̃ eſſe, qꝛ prompte faciliime abſqꝫ ſudore ipſis hoc aduenit, ⁊ plurimi faciũt, ⁊ hoc videri magis facere opus ſapiẽtis ꝙ̃ proprie facere. Nam ſolum enim nouiſſimis tꝑibus quidã nauarunt operã, vt viderẽt ſapientes ⁊ non eſſe, ſed ẽt oliꝫ tale ſtudiuꝫ ſummũ fuerat inter ſophiſtas, quippe ſophiſtica eſt apparẽs ſapientia, ſed nõ exiſtẽs, ⁊ ſophiſta eſt pecunioſus apparẽtis ſapientię ope. Hoc indicant ꝑſone hę dialogi Hippias, Protagoras, Gorgias, Prodicus quorum qui vult ſapientiã ⁊ diuitias quas ex ea cõgregarũt accumularũtqꝫ diſcere inueniat eos dialogos Platonis qui eiſdẽ nõibus inſcribunt̃. Et ſapientiſſimus Socrates in Gorgia Platonis Poli audaciſſimi viri elationẽ ⁊ Calliclis ruditateꝫ confutans duabus rõnibus ſcientificis, vñ qui facili tenuiqꝫ cõſulto perſuadens ſophiſticã prorſus videbit̃ (inquit) eſſe apparentis ſapiẽtię, ſed non verę, ⁊ videbit̃ ſophiſta ſolus ſapiens eſſe, ſed reuera inſipiens ⁊ pecunię ſtudioſus, ꝓinde gratia pecuniarũ certat ope apparentis ſapientię. Q̄ꝺ ꝟo ſophiſtica ſit apparens ſapiẽtia ⁊ non proprię, patet ex hoc, qꝛ ſm̃ apparentiã eſt. Nam quę ſm̃ apparentiã ſunt non ſunt proprie. Nam ſi apparitio viſa eſt exiſtẽtia, tñ apparens exiſtentia nõ eſt proprie exiſtẽtia ſm̃ reduplicationẽ maioris termini, igitur apparitio non ꝓprie eſt, ob id ſophiſtica eſt apparẽs ſapiẽtia, ⁊ ſophiſta apparens ſapiens, ⁊ opus ſapiẽtis apparens eſt non verum, ⁊ qm̃ apparẽtis ſapientię ope lucrabãtur ꝯñs oĩno erat vt viderẽtur magis facere opus ſapiẽtis ꝙ̃ efficere. Equidẽ reuera ſophiſta magis efficit opus ſapientis ꝙ̃ videat̃. Indicat autẽ Socrates obnixe affirmãs nihil vndiqꝫ prorſuſqꝫ ſcire, neqꝫ aliqꝺ ſapiens facere, ꝙ̃ꝙ̃ cuncta ſumma ſapiẽtia diceret ⁊ faceret, ſed ſophiſtie cõtrariũ. Naꝫ ob firmãt cuncta ſcire. Nã Protagoras inquit nullus nondũ atqꝫ hodie quippiam noui a me ꝑcũctatus eſt interrogauitqꝫ q dicit de illis ipſis omnibus interrogatus fuiſſe de qbꝰiaꝫ ſciaꝫ erat aſſecutus.

¶ Eſt autem (vt vnum ad vnum ſit dicere) ſapientis opus in vnoquoqꝫ non mẽtiri quideꝫ ipſum de quibus nouit. Mentientẽ autẽ manifeſtare poſſe. Hęc autem ſunt / alterum quidem quatenus poteſt dare orationẽ, alterum ꝟo, quatenus poteſt ſumere. Neceſſe eſt igitur illos, qui volunt ſophiſtice agere, dictarũ orationum genus quęrere. operepręciuꝫ enĩ eſt. nam huiuſmodi poteſtas faciet videri ſapientes, cuius ſunt deſiderium habẽtes. Q̄ꝺ igitur tale orationum genus ſit, ⁊ ꝙ talem appetant poteſtatem illi, quos vocamus ſophiſtas, manifeſtum eſt.

¶ Cum dixerit quę ſit ſapientia ſophiſtaꝝ ꝙ apparẽs ſapiẽtia, ⁊ quale opus ipſorum, qꝛ eſt videri facere opus ſapiẽtis. Nam addit ẽt opus veroꝝ ſapientũ. Ne enim aliquis dicat qñ quo etiã pacto interrogare bene ac rñdere cognoſcentes nõ decipiemur carpiemurqꝫ argumentis ſophiſtaꝝ, inqt interrogantiũ ⁊ rñdentiũ opus. Equidem interrogãtis opus eſt non mentiri circa interrogationes ⁊ manifeſtare rñdentẽ mentitũ ſiquidẽ male ⁊ falſo rñdens rñdet, ⁊ officium rñdẽtis eſt manifeſtare ſi alicubi mentitur interrogans, ⁊ patefacere mendacium ꝙ quidẽ eſt opus rñdentis in eo qꝺ põt ſuſtinere rationeꝫ. Nam qui ſcit an multipliciter, an vno modo res dicant̃ non admittit interrogantẽ aliqd de numero multipliciter dictoꝝ ipſum decipere ⁊ ſophiſtę agere. Illud ꝟo nõ ꝟo non mentiri eſt cum interrogans accipit aliqd. Naꝫ qui poteſt bene interrogare nunqꝫ propoſitionẽ interrogabit ob quã accidet cõtraria dicere ſibimet. Naꝫ qui vt qui bene interrogat nõ ꝑꝑ ſe oſtẽdit ꝯ̃ria accidere, ꝙ ſcit interrogare ſine errore, ſed ꝑꝑ rñdentẽ. Dicit autem eſt vnũ vt ad vnum vt ſummatim dicã, vt vnũ ad vnũ amborũ opera, equidẽ huius bene interrogãtis opus eſt accipe ꝓpõnes proprias ⁊ non ambiguas, ⁊ rñdentis opus eſt poſſe interrogantẽ fallentẽ mentientẽqꝫ redarguere, ſed facultas redarguẽdi mentienteꝫ fit, ob id qꝛ ſcit ęquiuoca ⁊ ambigua ⁊ alia quibus tentat interrogãs decipere. Aut igit̃ vnum ad vnũ ſic intelligendũ eſt, vel etiam ſic dꝫ intelligi, qꝛ me interrogare vis noſce ꝙ ſi vis non impellere me in errorẽ, ſed interroga bene ⁊ verę ꝙ eſt opus ſcientis interrogantis ⁊ da operã cõfutare mẽtientẽ quibus diximus ꝙ eſt propriũ opus ſcientificę rñdentis. Vel igit̃ primo modo intelligendũ eſt vnũ ad vnum vel ſecũdo modo. Nam valet in his, quippe duo quędã dixit, aliud qñ opꝫ rñdere ⁊ interrogare, ꝓinde hęc cũ dixerit reuocat nos ad memoriã eoꝝ quę demõſtrauit. Eteniꝫ ꝙ ſit talis ſpecies orationũ quoqꝫ mõ hanc ſophiſtę proſequãtur cõſtituit in illis quibus etiã ęquiuocationẽ appoſuit addendo ẽt cauſaꝫ qua appetũt talẽ vim rationũ tanqꝫ promptũ ⁊ facilẽ, ⁊ ꝙ talis facultas ac vis cõtentionis facit apparentẽ ſapienteꝫ ꝑꝑ qꝺ ſophiſtę habẽt ꝑelectionẽ. Conſtituit itaqꝫ Ariſto. per hęc moduꝫ quẽdam ꝙ neceſſariũ eſt Pħo ſm̃ veritatẽ ⁊ ſcientiã etiam hanc ſpẽꝫ rationũ cui ſtudiũ adhibent ſophiſtę. Q uonã enim ignoratũ ⁊ cõfutatũ erit, ſed profecto cognitũ. Naꝫ ſi imperitia ⁊ ignorantia taliũ orationũ phantaſię eſt cã, pꝫ ꝙ cognitio ipſoꝝ ſimul cũ cognitione ⁊ elẽchus eſt.

¶ Quot aũt ſunt ſpecies ſophiſticarũ orationũ, ⁊ ex quot numero poteſtas ea conſtat, ⁊ quot partes cõtingit eſſe negocij, ⁊ de alijs q̃ ſuffragant̃ ad hanc artem, nunc dicamus.

¶ Cuꝫ hęc oſtẽderit in his ꝓponit dicere de quo ſit propoſita tractatio. Eſt aũt de ſophiſticis elenchis qñ fiũt, ⁊ per quę quotqꝫ ſunt ſpecies orationũ ſophiſticarum ⁊ nunc ingredit̃ doctrinã ſophiſticoꝝ elenchoꝝ, ⁊ quęrit prius quot ſint ſpẽs orationũ ſophiſticę, ⁊ ex quot conſtitutũ eſt ipſum apparere ſapientẽ. Cęterum illud ⌊Quot ſunt ſpẽs orationuꝫ, ⁊ illud quot numero,⌋ vel ponuntur ęqualiter idem ſignificãtia, vel illud ⌊quot⌋ ponitur pro quę ſunt ſpecies orationũ, ⁊ hoc ex quot numero, vel illud ⌊quot⌋ pro hoc quot ſpẽs ſophiſticoꝝ elenchoꝝ quę quidẽ ſunt duo, alia circa dictionẽ, ⁊ alia extra dictionẽ, ⁊ illud ⌊ex quot⌋ pro hoc quot ſint partes vniuſcuiuſqꝫ